

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Terentivs,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschienen] 1559**

Scena IIII.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](#)

S. Facies? C. uerum. S. non uides, quantum mali ex ea re  
excites?

subditum se suspicatur. C. ain' tu? subditum? S. certe  
inquam mi uir. C. confitere tu

Tuum non esse. S. au, obsecro istuc nostris inimicis siet.  
Ego' confitear meum non esse filium, qui sit meus?

C. Quid metuis? ne non, cum uelis, conuincas esse illum  
tuum?

S. Quòd filia est inuenta? C. non, sed, quod magi' credens  
dum siet,

Quòd est consimilis moribus,

Facile conuinces ex te natum: nam tui similis est probe:

Nam illi nihil uitij est relictum, quin id itidem sit tibi:

Tum præterea talem, nisi tu nulla pareret filium.

Sed ipse egreditur, quam seuerus. rem cū uideas, cēreas.

### ACTVS QVINTI SCENA IIII.

CLITIPHO, SOSTRATA,  
CHREMES.

clit. I unquam ullum fuit tempus mater, cum  
S ego uoluptati tibi

Fuerim, dictus filius tuus tua uoluntate, ob  
secro

Eius ut memineris, atque inopis nunc te miserescat me;

Quod peto, et uolo, parentes meos ut cōmonstres mihi.

S. Obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,  
Alienum esse te. Clit. sum. S. miseram me, hoccine quæ  
sisti obsecro?

Ita

H E A V T O N

Ita mihi, atque huic sis superstes, ut ex me, atque hoc  
natus es:

Et caue posthac, si me amas, unquam istuc uerbum ex  
te audiam. ch. at

Ego, si me metuis, mores caue in te esse istos sentiam.  
clit. Quos? ch. si scire uis ego dicam: gerro, iners,  
fraus, heluo,

Ganeo, damnosus. crede, & nostrum te esse credito.  
clit. Non sunt hæc iam dicta parentis. ch. non, si ex ca-  
pite sis meo

Natus, item ut aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea causa  
magis

Patiar Clitiphō flagitijs tuis me infamem fieri.  
so. Di istaec. ch. nescio Deos: ego, quod potero enitas  
sedulo.

Quæris id, quod habes, parentes: quod abest, non qua-  
ris, patri

Quo modo obsequare, & serues quod labore inu-  
nerit.

Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet  
Dicere hac præsente uerbum turpe: at te id nullo modo  
Facere piguit. Clit. eheu quam ego nunc totus dispi-  
ceo mihi,

Quam pudet: neque, quod principium incipiam ad plu-  
candum, scio.

ACTVS



## ACTVS QVINTI SCENA V.

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

M. Nimuero Chremes nimi' grauiter cruciat  
adolescentulum,  
Nimi'q; inhumane. exeo ergo, ut pacem con-  
ciliem. optume.

Ipsos uideo. ch. chem, Menedeme cur non accersi iubes  
Filiā, & quod dotis dixi, firmas? So. mi uir, te obsecro  
Ne facias. clit. pater obsecro ut mi ignoscas. M. da ue-  
niam chreme:

Sine te exorem. ch. egon' mea bona ut dem Bacchidi  
dono sciens?

Non faciam. M. at id nos non sinemus. clit. si me ui-  
uom uis pater,  
Ignosce. s. age. Chreme mi. M. age quæso, ne tam ob-  
firma te chreme.

ch. Quid istuc? uideo non licere, ut cœperā, hoc pertēdere.  
M. Facis, ut te decet. c. ea lege hoc adeo faciā, si faciat id,  
Quod ego hunc æquom censeo. clit. pater, omnia fa-  
ciam: impera.

ch. vxorem ut ducas. cl. pater. ch. nihil audio. Me. ad  
me recipio.

Faciet. ch. nil etiam audio ipsum. cl. perij. so. an du-  
bitas Clitipho?

ch. Immo utrum uult? Me. faciet omnia. so. hæc, dum in-  
cipias, grauia sunt,  
Dumq; ignores: ubi cognoris, facilia. cl. faciam pater.

S. Nata